

# COMMENTARIUM

THOMAE MARTANI

MCCCCXXIV - MCCCCXL

THOMAE MARTANI (<sup>1</sup>)

In Nomine Dñi Amen

Anno Dñi 1424. Hic est liber in se continens omnes labores, omnia onera et honores quae ego Thomas Martani Miles Imperialis de Spoletto habui toto tempore vitae meae.

Martinus papa v. dedit mihi Thomae officium Potestariae civitatis Tuscanellae, quod honorifice consumavi, et cives civitatis praedictae dederunt mihi vexillum honoris anno 1429, die 1. mensis novembris. [pag.174]

Comunitas Spoleti dedit mihi officium cammerarius civitatis Spoleti 11 februarii 1432. Tunc fuit expletus foris plateae fons, qui constitut Comuni Spoleti flor ..... auri; et venerunt aquae in dicto fonte 23 augusti 1443 (<sup>2</sup>).

Martinus praedictus papa fecit me Thomam militem, decoravit me militari d. honorifice de vexillibus de Castello. Tunc almae urbis senator ...43, et commissarius sub silentio usque ad adventum imperatoris Sigismundi.

Comunitas Spoleti dedit mihi Thomae officium prioratus civitatis Spoleti.....

Serenissimus Romanorum Imperator Sigismundus intravit civitatem Spoleti 20 augusti 1433, quem coronavit apud Urbem Eugenius Papa iv omni caeremoniarum ordine servato et soluto, die ultimo maii in festo rosarum 1433, et mirabile similem a mille annis circa nunquam non fuit; qui serenissimus imperator multa et miracula fecit apud Urbem tunc quando multos milites fecit, inter quos Polidorum de Baglionibus de Perusia, Ugolinum Corradum de Fulgineo, Jacobum Fredutium de Spoletto et multos alios ex suis, et etiam Jacobum dñi Francisci de Tuderto ultimo confirmavit dotem Ecclesiae.

21 autem augusti supradictus Imperator, sua propria manu, et ipse in Ecclesia Cattedrali Spoleti coram altari majori ad missam solennem, me Thomam militem fecit imperiale coram Episcopo Spoletino cum toto clero, ac Dño Martino de Ursinis D. N. PP. R. et Protonotario, coram quatuor militibus, et comitibus infinitis, baronibus et duobus regibus, co [pag.175] ram etiam populo spoletino tam masculino quam feminino, tam nobili quam populari. In quo populo fuit Jacobus de Ancajano, Meliadus de filiis Manentis miles Spoletinus, Arcangelus Martani U. D. de domo nostra, Simon Bursinus, Magister Gregorius Martanus artium medicinae Doctor, Magister Blasius magistri Francisci de Spoletto, Laurentius Martanus Medicus de Spoletto et generalis.

Postquam per octo dies introitum militare mei Thomae..... cum quatuor equis exivi Civitatem Spoleti, et casale meum in terris Arnolphorum ivimus piscatum. Et cum hii staremus, ecce Mancinus quidam cesanus veniens ex castro Macerini terrarum Arnolphorum significavit mihi qualiter in dicto castro Macerini facta est novitas cum sanguinis effusione, concludens dictus Mancinus quod si ego volo accedere ad dictum castrum, ipsum habebo; uti ego misi certos nuncios per comitatum Spoleti, per terras S. Severi, per terras Arnolphorum qui venient in presente ad me et cum illis viginti iter arripui versus dictum castrum; cum venimus prope castrum Collis Campi, et ecce nove Tudertini in numero 40 vel circa, cum viderunt nos immediate per aliam viam..... ingressi sunt castrum Macerini, ad quod castrum miserant... (<sup>3</sup>); ego autem motus dolore, quatuor illorum..... currens cum illis..... perveni ad portam dicti Castri, et non potui intrare quia intus erant illi 40 Tudertini. Dulcissimis promissionibus probavi habere aditum; et cum sic staremus ecce ex ..... de Comitatu forte 40 bene in puncto, cum istos vidi, factis acribus invasimus portam dicti castri, et ibi intravimus. Et sic stante bello, ecce ex nostris de Terlino (*sic*) forte advenientibus cum ex nostris de terris Arnolphorum..... circiter..... et fraude obtinuimus dictum castrum, duobus turrigenis tantummodo interemptis, et aliquibus ex nostris et Tudertinis sine periculo vulneratis, finali non contenti (<sup>4</sup>) mulierum violatione nec dapredari bona sive facultates dicti castri, et nolui consentire quod privata publicaque moenia diruerentur. Unde asseruerunt

omnes mihi successoribusque meis se ipsos suosque haeredes perpetua obligatione subjugari, propterea quod illi pro parte Magnificae Civitatis Spoleti capitulaverunt.

Postquam Magnifica Gloriosaque Comunitas Spoletana cum Pirro Tartari Abbatore Cassinensi et tunc Arcis Spoleti..... librum hunc oculorum meorum lacrimis rigore in [pag.176] felic. Anno 1437, die 21 septembris initium habuit..... sive..... cum dicto Pirro Tartari hoc est igne infernali, die 23 dicti mensis venimus ad arma, et cum virili animo quo soliti sunt et consuevere Spoletini <sup>(5)</sup>.

HISTORIA LIBERATIONIS CIVITATIS SPOLETI  
AB OPPRESSIONE PYRRI THARTARI  
TOMACELLI DESCRIPTA PER D. THOMAM MARTANUM  
QUI INTERFUIT.

Anno Dñi 1437 die 21 mensis septembris cum esset castellanus arcis spoletinae quidam Pyrrus Tartari neapolitanus Abbas cassinensis, vir omnium scelerum atque flagitiarum pater et patrator, novitatum ac dissidiorum amator, ambitione plenus, spurcissimis luxuriae sordibus expurcatus, ac summe proditor, omnis in universum divini atque humani juris contemptor, ventum fuit ad arma a spoletinis militibus, et toto populo contra praefatum abbatem, quem obsederunt in dicta arce die 23 praedicti mensis, et missi nuncii Civitatis Spoleti ad D. N. Eugenium Papam quartum, de deponendo Pyrro ab officio, tamquam summo proditore et causa omnium pessimarum novitatum ipsius civitatis, aliter nunquam quiesceret, sed ipsa civitas poenitus ruet. Interim ad arma ventum est, et adiuvabatur a facinorosis et homicidis Abbas, et de facinoribus <sup>(6)</sup> transgressorum pecunias punitionum sibi servabat adquo Camera Apostolica nullum introitum consequebatur, et permulctas exactionum civilium caussarum, et simoniacis actionibus sibi providebatur. Quin et ipsa sacrilegia commictebat cum sacris virginibus, et omnia replebantur rapinis, homicidiis, luxuriis, et spoliabat cives et rusticos suis facultatibus, frumento, vino, hordeo, musto, paleis, quae dum in urbe vehebantur, detineri faciebat ab apparitoribus suis. Et cum propria sorore incestuose convivebatur ceu moechus et adulter quia nupta erat, ex qua filios habuit; unus ex quibus, Benedictus nomine, vidi.

Oratores fuere magister Gregorius Martanus artium et medicinae doctor, Thomas Bartholomei de Campello, Christo [pag.177] ferus Petri Benedictutii, Nofrius Colae Petri et Fraticellus, qui me miserunt ad gubernatorem Perusis Albertum de Albertis florentinum ut suppetias ferret Spoleto, qui duxi mecum Michaelm de Gerinis florentinum thesaurarium D. N. Papae, loco dicti Alberti, qui misit ad Abbatem ut redderet arcem spoletinam in manibus domini Amorotti de domo et Commissari Papae; quod negavit. Unde D. Papa, coactus, misit Baldovinum cum CC. equitibus, et quemdam contestabilem cum CC. peditibus, et nos Spoletini habebamus 150 pedites, et Sbardellatum de Narnia. Per octo menses positus Abbas in arcta obsidione.

Die quarta mensis aprilis 1438 convenerunt in unum contra civitatem nostram ad succursum Abbatis Talianus Frullanus dux quingentorum equitum, Franciscus Piccininus cum quingentis equitibus, Santinus de Riva contestabilis quingentorum peditum, et duo alii contestabiles mille peditum, et tota potentia Conradi domini Fulginei, et Nursinorum potentia et rustica rubies gebellinorum ad numerum in totum decem millium et ultra. Venerunt ad portam Sancti Pontiani, ad quorum adventum cives nostri perterriti, et percussi crebris bombardarum et manganorum ex arce ictibus, fugerunt ex civitate; et nihilominus assumptis viribus exeentes pedites et equites impetum fecerunt in hostes ita quod simile factum visum non fuit a mille annis. Hostes terga versi aufugere; multi imperfecti, capti ad centum, ex nostris duo tantum occisi. Pausaverunt hostes in tenimento Domini Fulginatis. Nos eramus ad tres mille personae.

Facinorosi cives Abbatis amici et patriae proditores revocaverunt hostes fugatos, et intromiserunt nocte per vias incognitas intra civitatem. Die septima maii 1438 venientes per collem delitiarum ad portam S. Matthaei, et aliqui ex ipsis ad pontem Sancti Petri, et ex utraque parte exiverunt nostri et fugaverunt hostes per medium milliare die sabbati octava maii, et die dominico. Sed die lunae de sero

circa quintam horam noctis, die 11 maii 1438, sicut statuerunt proditores, hostes per S. Julianum et per montem lucum venerunt in Tissinum flumen et ascenderunt in montem arcis, et Abbas dedit eis aditum ad civitatem, et exclamantes alta voce *Viva l'Abbate*, descenderunt in plateam S. Simonis. Unus ex illis proditoribus dixit stipendiariis nostris perterritis: Discedite, nos volumus civitatem istam pro Abbe Cassinensi, qui discesserunt sine resistantia. Cives perterriti clamoribus hostium, et discessione stipendiariorum, aliqui anfugerunt, aliqui capti ibidem, et in propriis domiciliis. At antea exportaverant extra civitatem uxores et pueros, [pag.178] et pretiosiorem partem (<sup>7</sup>), sed quam invenerunt tam proditores quam hostes, omni deposita honestate, ecclesias, monasteria, et seculares et religiosos expoliaverunt et derubbaverunt, et pretio redimere fecit quam potuit habere Abbas, et alias interficit, alias in carceribus detinuit; inter quos fuit magister Blasius magistri Francisci de Spoleto, qui laqueo suspensus fuit apud Fulgineum, Angelus Bartolitti de Planciano, quem volentes ducere Fulgineum, cum non posset pedester incedere, quia senex et pinguis erat, laetali odio scelere nullo contactus, per viam mucronibus interfecerunt. Simon Ansovini famosus mercator spoletanus ductus est usque ad portam Fulginei, erat forte annorum septuaginta, in eadem porta dictum Simonem interfecerunt. Supradicti depredatores et hostes duxerunt secum quamdam spuriam ser Stephani Baractutii nuptam Stephano Arcangeli Nardutii pizicarolo; divina intercedente clementia, nullam aliam mulierem duxerunt. Duxerunt vero ex pueris spoletinis circiter iiii centum, portaverunt Fulgineum vexillum nostri communis, et sigillum, et malleum campanae majoris palatii priorum nostrorum, ac catenas portarum dictae civitatis. Portaverunt Fulginates campanam ecclesiae villae Morgnani. Ego Thomas praedictus eram tunc potestas inclitae civitatis Florentiae, nec familia mea erat, nec..... et mobilia mea pretiosiora habebam in comitatu, et terris Arnolphorum.

Civium praedictorum nomina et cognomina sunt haec, videlicet: Cicchinus miles filius Paparotti Argenti de Campello, arma cuius sunt Leo niger in campo albo, aliqui de Domo filiorum dñi Manentis, insigna quorum sunt rastra superius rubea et inferius alba cum tribus liliis superpositis aureis in campo azurro. Simon Philippi Bursini rudis legum doctor popularis, vilissimae conditionis. Perfilius Marci Baglioni de Sansis, arma cuius sunt brachium hominis aureum cum ense argenteo in campo azurro. Massiottus Mariani Leoncilli, mercator popularis cum duobus natis suis. Supradicti fuerunt ex spoletinis civibus tantummodo proditores, quibus divina justitia et eorum successoribus nunquam parceat, nec spoletani cives et eorum futura progenies, miraculose omnipotens..... (*sic*). In eodem anno et in eodem mense maii rustici ex Nursia temerarie praesumpserunt castra ponere apud castrum nostrum Cerreti; et hoc ausi sunt desolatione nostrae civitatis Spoleti. Franciscus Sfortia permisit Spoletinos una cum Perbrunorio succurrere Cerretum. Ita quod ex Nursinis [pag.179] aliqui armis interempti, aliqui in flumine Nigrae suffocati, in numero mille ducentum et ultra, et nostri Spoletini illorum Nursinorum vexillum (<sup>8</sup>), et vituperose illud laceraverunt, trahendo illud per terram usque ad castrum nostrum Vallum Vallisnarci. Et sic liberaverunt castrum Cerreti, cum tanta Nursinorum necatione, et quod notabilius est, omnes Nursini qui in flumine suffocati sunt, sepulti fuerunt in visceribus canum et luporum et aliorum brutorum; hoc mihi creditis quia loquor de visu, fuerunt cadavera in illo flumine per sex menses et ultra.

In Dei Nomine Amen. A. Dñi MCCCCXXXVII die xiiij mensis augusti III. Comunis Florentiae misit mihi Thomae praedicto literam electionis potestariae civitatis Florentiae, cuius literae tenor inferius ponitur. Die xxvj mensis praedicti ivi Passignanum juxta lacum perusinum ad accipendum dictum officium cum xv equis, et apud dictum castrum Simon de Guidutiis et Joannis Bartholi electionarii dicti officii presentaverunt mihi literam Illustrissimorum Dominorum populi florentini cuius tenor inferius ponitur, et capitula quorum continentia inferius ponuntur. Exivi Spoletum 1437 die xvij mensis decembris, honorifice intravi civitatem florentinam xxij dicti mensis et ut consuetum est, steti in hospitio x diebus. Sed iuratus die vero tertia mensis Januarii M. L.. (*sic*) dederunt mihi sceptrum, intravi palatum meum (<sup>9</sup>) et feliciter incepi officium; transactis vero xx diebus quam dederant capitaneo, dederunt mihi potestati praeter omnem consuetudinem balyam in maximum capitanei dedecus. Quod officium in sex mensibus feliciter et honorifice ministravi; in quo xvij. justicias corporales fieri feci. Et in isto tempore sex mensium dicti offici evenit casus desolationis nostrae civitatis Spoleti. Et ad perpetuam famam et honorem mei et meorum successorum solemniter reformaverunt et deliberaverunt quod omni tempore possim eligi ad

dictum officium, statuto aliquo in contrarium non obstante. Finis dicti offici fuit die tertia mensis julii 1438, per spatum novem dierum post absolutionem mei sindicatus, quod est incredibili usque ad unum denarium, dederunt mihi ultimam terzariam; et xx dicti mensis Julii exivi civitatem Florentiam cum honore et societate maxima, et quia post desolationem Spoleti familia mea erat apud castrum Valli Vallisnarci, ivi [pag. 180] ad dictum castrum cum duodecim pulcherrimis equis et cum duabus salmis mei aeris, et pulcherrimi fornimenti; et Comunis dicti castri honorifice me recepit.

Tunc Dñus Joannes de Vitelleschis Cardinalis Florentinus Sedis Apostolicae Legatus erat castramentatus apud Gualdum in tenimento Conradi de Fulgineo, quia apud Florentiam per manus Cosmi de Medicis de Florentia iniunxerat mihi quod deberem ire in almae urbis senatorem, ivi ad vixitandum eum apud sua castramenta, adhuc stante Pyrro Thartari in arce Spoletana, qui Joannes cardinalis praedictus benigne me suscepit commendans me multum quia non iveram Spoletum, stante sic illo maledicto Abbatem. Idem cardinalis juxta persuasionem meam misit litteras per totum comitatum et districtum Spoleti ac per terras Arnolphorum quod nullus de caetero praesumat vel audeat dicto Abbatem obedire; sed tenere eum tamquam Sanctae Matris Ecclesiae proditorem et rebellem. Misit etiam in terris Arnolphorum dictus Cardinalis vicarium, et sic terra Arnolphorum fuit ad obedientiam Sanctae Matris Ecclesiae in maximum dicti Abbatis damnum et prejudicium. Necessitati motus maxima dictus cardinalis momentaliter discessit de tenimento dicti Corradi fulginatensis cum tota sua armorum potentia, ivit ad almam Urbem. Interim ego Thomas praedictus remansi apud dictum castrum Valli; rustici autem dicti castri Valli effraenata noti ... partialitate gebellina, immediate post discessum dicti cardinalis legati, procuraverunt solitam praestare obedientiam dicto Abbatem; me Thoma inscio, capitolaverant cum dicto Abbatem, me et inscio quodam vero die misit in scriptis dictus Abbas mandatum comunitati dicti castri Valli, quod visis praesentibus dent licentiam mihi Thomae et familiae meae sub poena indignationis et mille florenorum. Ego autem, viso praeceptu, petii licentiam a dicto comuni; unanimiter responderunt proditores rustici: quod placeret mihi non fecere illi comunitati istam verecundiam, et quod ipsi rustici semel deliberaverunt obsidionem, et cum oportebit eos subcumbere, tunc et ego habebo cum eis patientia. Unde ego credidi proditoribus verbis rusticorum, steti. Iterum iniquissimus Abbas de Thomacellis de Neapoli mandavit dicto comuni quod det mihi Thomae praedicto omnino licentiam sub arctiori poena; tunc iterum petii licentiam, rustici praedicti eodem responderunt modo. Steti cum solita familia, et cum equis meis pulcherrimis, et cum toto fornimento meo. Feci portari vinum quod habebat laborator meus in villa Sancti Jacobi de Poreta, et granum quod habebat laborator meus in villa Busani; emi etiam totum hordeum quod erat apud dictum [pag. 181] castrum Valli, emi etiam foenum in opportuna quantitate apud castrum Sanctae Anatoliae in dicta valle, et feci portari apud dictum castrum Valli; et sic stabam opportunis omnibus fulcitus apud dictum castrum tamquam bonae fidei possessor. Quadam vero die praedictus Abbas, qui inimicabatur particulariter mecum, et quia ipse Abbas sciebat me, ipsum et suam iniquitatem cognoscere, misit ad dictum castrum Valli quemdam suum barisellum et quemdam alium civem ex spoletanis proditoribus nomine Ciarfaglia ..... mercatoris popularis. Venerunt ad domum meae habitationis causa spoliandi me equis et arnese; et cum primum venerunt ad hostium domus meae habitationis, eram ego Thomas in ecclesia S. Francisci intus in dicto castro Valli; domus meae habitationis erat juxta ecclesiam S. Joannis in summittate dicti castri. Stantibus barisello cum sua familia et Ciarfaglia predictis ad rumpendum hostium dictae domus, quidam ex guelphis dicti castri venit ad me in dicta ecclesia, quia familiares mei exiverant extra eam, solus numptiavit mihi casum; tamquam desperatus accessi ad domum, invenique ibi supradictos executores Abbatis praedicti. Cum coram illis fui, avidius percutiebant hostium sic impetuose dicendo ille civis Ciarfaglia nomine: *pàracete mo lu messer Tommaso*. Ego, auditis verbis, considerans per praeteritum non habuisse verecundiam exponi me morti, erant autem ex rusticis dicti castri et mulieribus fere centumquinquaginta, facto impetu, aggressum feci cum quodam bacelardo nudo, quem habebam semper mecum, contra illum civem nomine Ciarfaglia, qui deposuerat hostium de cardinibus suis; volens illum percutere in capite et illum necare, quaedam mulier cepit retro manicam indumenti mei, ita quod nisi cuspis bacelardi praedicti non tetigit nisi torchum birreti et pontam nasi et quamdam plicam in pectore ipsius Ciarfagliae. Videntes hoc barisellus et ejus familia et dictus Ciarfaglia, terga versi, aufugerunt, et ego reposui dictum hostium in cardine suo.

Rustici castri praedicti, hoc videntes, iverunt pro illo barisello et Ciarfaglia praedicto, qui cum conventione dictorum rusticorum venerunt contra me. Rustici praedicti dixerunt illis executoribus Abbatis: nolite ita vituperose discedere; reversi sunt, steteruntque ibi. Rustici autem immediate clauserunt portas, dixerunt etiam illis executoribus Abbatis: Dicte Abbati nec tamquam veri servitores volumus mandatis suis obedire. Auditis praedictis verbis, executores praedicti abierunt; rustici vero stabant portis clausis, ego eram intus tamquam captivus cum tota familia, equis et aere. Clare videbam rusticorum praedictorum prodimentum et eorum crudelitatem; [pag.182] deliberavi probare evadere propriam personam et majoris nati mei Martani nomine cum tribus equis, qui natus meus erat quinque annorum vel circa; erat intus uxor cum tribus aliis natis, uno masculo nomine Joannis et duabus foeminis, erant etiam alii equi et totum aes meus, valoris forte millequingentorum florenorum vel circa.

Desperatus equitavi cum isto Martano Luigi ad portam dicti castri quam clausam inveni; erant apud illam forte quinquaginta rustici, rogavi humiliter illos in istis verbis: Dicte mihi, fratres, in tempore praeterito ego nec praedecessores mei nec familia mea fecit vobis vel alicui vestrum damnum vel injuriam; quare hoc mihi, sum ego captivus? Nullus respondebat, porta autem clausa continue erat. Item dicte, precor, quid mali feci quod merear hoc in castro Valli? scitis namque me esse civem spoletanum. Tunc surrexit quidam rusticus nomine Amandorillus ex guelphis sic dicens: Ego dico postquam iste bonus homo venit ita fideliter ad domum nostram cum familia sua et facultate, et nihil mali fecit, dico quod permictamus ipsum et familiam suam omnia sua bona indemnem et illaesum discedere. Multi ex gebellinis alta voce exclamaverunt: nolumus, melius est quod destruatur ipse Thomas quam totum comune Valli. Stetimus in ista contentione fere per horam, tandem venit ad me quidam ex guelphis, nomine Simon Bartholi et cepit equum meum per brigliam, sic dicendo: Eamus ad portam ubi videbimus si quis audebit contradicere; tunc ego volvi equum retro ut non interficerent nos multitudo gibellinorum. Tandem deliberaverunt quod ego solus cum Martano praedicto et tribus equis exire; et tunc exivi, dimissa uxore cum tribus natis et omni aere meo in dicto Castro Valli, ivique illo sero usque ad castrum Pontis prope Cerretum. Propter multas guerras quas habuerant illi guelphi de castro Pontis praedicti omnium rerum necessarium pauperes erant, cum maximo labore et incomodo stetimus equi, familiares mei, natus et ego. Et quia in Marchia apud Exium erat excellentissimus comes Franciscus Sfortia, ut non morirer fame, direxi me cum duobus familiaribus ad excellentiam suam, dimisso nato in dicto castro Pontis, apud quemdam Colantonium guelphum optimum; secunda autem die post discessum fui personaliter cum eadem excellentia; divina permissione inveni cum dicta excellentia famosum et honorandum militem Angelum de Acciajolis de Florentia, qui mei notitiam et benevolentiam habebat. Immediate simul dictus Angelus miles et ego solummodo fuimus in camera cum dicta excellentia, et casus meos dicte comiti [pag.183] exposuimus, qui gratiose et pie nos audavit, sic respondens: Me tedet tui sinistri casus, sed offero me juxta possibilem ad restaurationem, et quia pater meus et nunc ego semper dileximus civitatem vestram et cives ejusdem permaxime egregios ut vos estis et vestri fuerunt praedecessores; etiam dixit, si videtur vobis, Abbati castellano.....<sup>(10)</sup>; quamvis, considerata iniuritate Abbatis, praedictum mihi inutile videtur; ultimo fecimus istam conclusionem effettualem, hoc est Excellens Comes dixit mihi: vade audacter, ego dabo tibi dominum Antonium Sfortiam cum quingentis equis, et Perbrunorum constabilem cum ducentis peditibus, qui venient usque ad castrum Pontis, et havebimus castrum Vallum cum tua familia et caetera castra Vallisnarci, equi quingenti ibunt per planitiem vestri comitatus, quia optimum habeo fundamentum in villa Beroyti. Anuditis verbis praedictis, consideransque Statum Ecclesiae, et me subditum Ecclesiae, sic respondi: Exellentissime domine mi, quas putabam gratias obtinui ab excellentissima dominatione vestra, vobis et Deo gratias ago; etiam brevem hanc replicationem fideliter et cordialiter ex me rogo E. V. audiatis. Tunc cum licentia dixi: Comes excellentissime si ea quae dixerim et non bene, imputetur ignorantiae et non voluntati meae. Et in conceptu meo erant duo considerationes, prima obviare ne civitas nostra spoletana perpetuo tyranno subiugaretur, sed esset in solita ecclesiastica libertate, quia jugum Ecclesiae lene est et suave; secunda obstendere rationem qua dicta excellentia in se moneretur. Divina facta conceptione, statim ex duobus effectibus unum vidi deficere non posse, videlicet aut Abbatis praedicti necationem et vindictam, aut cujusdam Evangelistae baroni de Spoleto suspendium; quia idem Evangelista fuit dux dilapidatorum

nostrae depraedatae civitatis in illa maledicta nocte. Ergo sic replicando dixi: Excme domine mi, meae ignorantiae et simplicitati sic videtur quod si quis vult aedificare homo procuret fundamentum optimum solidumque, concludo igitur quod quicumque haberet civitatem spoletanam cum toto comitatu et districtu ejusdem habito respectu ad arcem, nihil fecisse videtur, et si quis fundamentum facheret in arce spoletana, fundamentum optimum nedum in civitate Spoleti et ejus comitatu, sed in toto ducatu et ultra videtur fecisse. Unde mihi videtur, Excellentissime domino mi, quod Ecculentia vestra fundamentum faciat in arce praedicta. Re [pag.184] spondit ejus Excellentia: Quomodo hoc facere possumus ? Dixi ego: Excellentissime domine, ego in istis et his similibus nescio dare modum, tamen mihi videtur quod Excellentia vestra mictat pro quodam Perfilio de castro Pontis praedicti, qui multum amicatur cum quodam Evangelista baroni de Spoleto, qui Evangelista est homo malae conditionis, et semper usus facere prodimenta, et prodimentorum est maximus magister. Qui Evangelista in arce spoletana est, de quo multum Abbas confidit, eo quia ipse Evangelista principalis caussa fuit depraedationis spoletanae civitatis. Comes dixit: optime locutus es, et ita mihi videtur, et sic fiat sine temporis intervallo. Tunc misit pro illo Perfilio, qui immediate venit ad ejus excellentiam; acceptavit idem Perfilius ducere factum; ivit ipse Perfilius Spoletem, fuit locutus cum dicto Evangelista baroni, qui Evangelista sic respondit: volo quod eamus in ecclesiam sancti Isaac prope plateam fori dictae civitatis; iveruntque simul, juraverunt in altari dictae ecclesiae, haec et futura super isto facto perpetuo sub silentio tenere, et ita concluserunt. Dixit Evangelista praedictus: Ego sum paratus facere omnia quae Comiti placeat, sed ego volo quod Comes promittat mihi castrum Scopoli terrarum Arnolphorum in vicariatu in vita et sexcentos florenos aureos, de hoc volo fideiubeant homines castri Pontis. - In nomine Dñi, sum certus quod Comes libenter dabit tibi petita et ultra, sollicite, caute et attente labora. Et abiit Perfilius, et fuit ad comitem et omnia Excellentiae Suae nunciavit, et facta est conclusione de quo petitum est per dictum Evangelistam. Et tantum idem Evangelista super isto negocio laboravit, usque ad claves contrafactas portellae S. Angeli. Ut Deo placuit ipsemet Evangelista nunciavit et propalavit minando quibusdam mulieribus spoletanis dicendo, haduc civitas ista pejus habebit. Tandem Abbas voluit scire unde hoc; positus est ipse Evangelista ad torturam, confessus est, quare suspensus fuit in platea fori dictae civitatis juxta bancum juris. Ecce ergo quod de duabus rationibus me moventibus, unam venit ad finem optatum.

Post discessum meum a Ponte, quando ivi ad Comitem, reversus fui ad dictum Pontem per spatium octo dierum, voluit etiam dictus Comes facere unam literam ad illos rusticos quod, visis praesentibus, restituerent mihi familiam et equos et aes meum; nolui quodam bono respectu, videlicet quod nullo modo videretur fecisse contra statum meum Ecclesiae. Cum perveni ad dictum castrum Pontis, tertia die rustici vallani miserunt ad me duos ex ipsis rusticis pro parte totius Comunis Valli rogantes, quod ego irem Vallum et quia con [pag.185] silium et comune dicti castri Valli solemniter deliberaverunt quod tu Thomas possis tute venire et inde discedere, rogamus te pro parte dicti communis, quod placeat tibi te apud castrum personaliter conferri quia eris caussa conservandae amicitiae, ac etiam pro parte dicti communis te tutum facimus. Considerata captivitate familiae meae, me morti exposui, accessique ad dictum locum. Eodem sero congregato eorum consilio deliberaverunt tutum facere et reformarunt natum Martanum et equos qui erant apud dictum castrum Pontis; misi pro eis et venerunt in dicto castro Valli. Sequenti autem die, congregato eorum rustico consilio, miserunt pro me, accessi tamquam volens obedire, intravi in eorum collegio, facto silentio, surrexit quidam Joannes Paulus de dicto castro, unus et nequam gebellinus, de numero dicti consilii, et ut impositum fuerat sibi, dixit et protulit mihi infrascripta verba: Domine Thomas, pro parte totius praesentis consilii, dico tibi et breviter, comune nostrum Valli vult sine replicatione raubam tuam quam extraxisti de isto castro Valli et ego tamquam amicus tuus dico tibi, noli replicare nec ulterius quererere, sed da modum expeditioni (et porte dicti castri continuo clause erant, vidi me captum et terrible prodimentum contra me factum), sic humiliter respondi: Est consuetudo hujus comunitatis sic homines sub fictae tutationis spem fallere ? non misistis oratores vestros ad me quod venirem ad vos tute et tute hinc discederem? postea reformastis quod natus meus, equi etiam huc tute venire et tute inde discedere possent; quomodo ausi estis ita turpiter me fallere ? Idem ser Paulus respondit dicens: tace et noli ultra quererere, surge et camina, et res tuas omnes nobis assigna. Et sic me facere oportuit; ivi, et res meas quae asconditae erant illis canibus rusticis assignavi, et sic solus, captivus

stabam inter illos canes qui erant ab omni humanitate et pietate alieni, semper minando contra me saevis et rusticis verbis, et ita spoliaverunt me omnibus rebus meis, familia tota et equis. Quo facto, humiliter supplicando petii ut permicterent me cum illo unico nato exire et pedester (<sup>11</sup>). Crudeliter minando negaverunt; tandem ego solus et pedester exivi furtive, dimissa ibi uxore cum quatuor natis et equis et omni facultate mea, et noctis tempore cum quibusdam amicis meis de castro Paterni ivi in terras Arnolphorum, semper per iter faciem et pectus meum oculorum meorum lacrimis rigando. Sequenti mane applicui [pag.186] Florentiolam. In dictis terris Arnolphorum, et in dicto castro steti per multos dies et menses semper ita spoliatus cum uno mulicto tantum; habebam etiam fructus casalis terrarum Arnolphorum et unum familiarem. Veniebant hostes aliqua die missos a Domino fulginensi et a dicto Abbat, in exemplum semper ego eram primus contra illos et tamquam desperatus.

Interim rustici vallani iverunt ad Nicolaum Malatestae dñi Joannis fratrem uxoris meae, dixerunt sibi Nicolae: si vultis reddamus tibi uxorem et familiam domini Thomae, da nobis indumentum velluti crimusini quod est apud Cerretum. Tunc Nicolaus respondit: libenter si placet domino Thomae. Ego dixi contentor, sed volo familiam meam in civitate Interamnensi. Tunc Nicolaus dixit bene faciam; ergo ivit Cerretum, portavitque indumentum illud rusticis apud castrum Valli. Immediate cum habuerunt rusticci indumentum, dixerunt Nicolao praedicto nunc nos volumus obedire Abbat, volumus istam familiam ducere in arcem spoletanam. Tunc Nicolaus dixit illis: vos me decepistis; ivitque ad dictum Abbatem, et dixit illi: Domine Abbas rogo placeat quod Ugolinus Astenaci et ego fidejubeamus pro dicta familia domini Thomae quod non discedat a civitate spoletana. Tunc Abbas dixit: contentor, sed volo in arce ista natum dñi Thomae maiorem, et ita factum est; et ita fui per dictos rusticos plene cum omni prodimento destructus. Cum Omnipotenti placuit forte per duos menses post suspendium Evangelistae baroni de Spoleto, Comes Franciscus Sfortia, videns perdidisse modum in arce spoletana, cepit Beroytum et multa alia castra et villas comitatus Spoleti, ita quod Abbas praedictus, timore motus et non modico, quadam die vocari fecit ad consilium in arce multos cives spoletanos ex illis qui reiverunt ad habitandum in civitate. Timentes mandatum iverunt in arcem, tunc proditor ille Abbas jussit aliquos carcerari, et fuerunt infrascripti videlicet: Dñus Arcangelus Martanus legum doctor de domo nostra, Thomas Bartholomaei de Campello, Franciscus Bartholi mercator, Nicolaus Honofrii de Planciano, dñus Jacobus Uffredutii miles, Ugolinus Astenaci, Sirius Joannis, Bartholomaeus Andreutii dñi Berardi, Jacobus Jordani, Jacobus et NicolausJuliae, Bartholomaeus ser Joannis, ser Laurentius Angeli, et sic ita fraudolenter carceravit supradictos cives, et sic carceratos retinuit eos usque ad sex menses et sex dies incipiendo 1439 et die 18 mensis martii, de quibus civibus aliquos torqueri fecit, publice torquendo ipsos extra turrem novam incipiendo a summitate ipsius turris, ita quod totus populus poterat clare conspicere illos, tandem hoc videns populus immediate factus [pag.187] est rebellis Abbat praedicto, et sic Abbas praedictus a nullo obediebatur extra arcem; ac etiam omnes cives qui reiverant ad habitandum ad civitatem spoletanam, miserunt familias suas et omnia eorum bona per villas et castra comitatus et districtus Spoleti, et solummodo remanserunt juvenes acti ad bellum. Tunc ego Thomas gaudio plenus vocari feci quosdam amicos meos de terris Arnolphorum in numero forte quinquaginta qui venerunt et bene armati, et simul ivimus usque ad domos collis delitarum prope Spoletum; tunc ego misi ex illis ad civitatem tres cum duobus mulis actis ad portandum pueros et puellas meas qui erant captivi in civitate Spoleti. Statim exiverunt civitate, duxerunt secum una cum Nicolai Malatestae fratris uxoris meae universam familiam et duxerunt illam apud castrum Florentiolae in terris Arnolphorum ubi residebam ego, et steti ibi cum tota familia mea per sex menses vel circa, videlicet a xx die martii 1439 usque ad xi octobris 1439 dicti. Mense maii regimen et comune civitatis Spoleti misit pro me Thoma usque ad dictum castrum Florentiolae quod irem ad civitatem spoletanam causa boni status dictae civitatis. Ego immediate fui obediens, ivi Spoletum et tunc deputaverunt me in oratorem ad dominum nostrum Eugenium, et tunc direxi me versus Florentiam; ubi Dominus Noster erat, cum quatuor equis, cum infrascriptis capitulis, videlicet:

Primo et ante omnia recommendare Eugenio populum depraedatae civitatis spoletanae, eo maxime quia pro conservando et manutenendo statum Sanctae Matris Ecclesiae, et Suae Sanctitatis dicta civitas passa est dictam desolationem.

Secundo eo quia Pyrrus Abbas Cassinensis castellanus arcis spoletanae fuerat causa desolationis dictae civitatis, et quia impossibile esset quod Spoletani possent sub dicti Abbatis regimine gubernari; etiam cum essent in civitate praedicta quadringenti patres et totidem matres continue plorantes quadringentos natos quibus spoliari fecit dictus Abbas, quod placeret Sanctitati Suae per rectum vel indirectum extrahere dictum Abbatem de dicta arce, alioquin Spoletanus populus petit per Santitatem Suam assignari locum qualitercumque silvestrem pro ipsorum habitatione etc.

Tertio quod dictus proditor Abbas detinet sexdecim (*sic*) nostros innocentes cives captos et carceratos crudeliter in dicta arce quos omnes tempore desolationis dictae civitatis se ipsos pretio redimere opportuit, quod placeret Sanctitati Suae scribere et mandare illo Abbati quod illos cives dimicteret illaesos et indemnes, etc. [pag.188]

Quarto quod potissima causa fuit rebellionis et quaestionis cum dicto Abbatem bussulus sive consueta officialium dictae civitatis electio; quia dictus Abbas noluit permictere, quod Sua Sanctitas dignetur concedere Comunitati Spoleti quod possit facere imbussulationem officialium dictae civitatis pro sex annis ad minus, etc.

Quinto quod placeret Sanctitati Suae mictere ad civitatem Spoleti unum commissarium qui esset etiam potestas ut dicta civitas recipiat aliquam formam, etc.

Sexto quod arx spoletana fuit causa desolationis dictae civitatis, et quod semper stante dicta causa stabit effectus, et in restauratione dictae civitatis quod Sua Sanctitas dignetur illam arcem funditus diruere vel dirui facere, et si hoc sua Sanctitas consentit, Comune Spoleti dabit Sanctitati Suae decem millia florenorum de reliquis depredantium dictae civitatis etc.

Die septima maii 1439, intravi inclitam civitatem Florentiam; die octava dicti mensis fui personaliter ad pedes domini nostri pp. Eugenii, qui Dñus noster benigne et pie me audivit ac etiam gratiose respondit, sie dicens: quantum ad primam petitionem videlicet recommissionem nostraræ civitatis; semper spoletanam civitatem dilexi ex corde, et ejusdem infortunii..... vobiscum condolui. Offero me paratum ad restaurationem, et civitatem illam mihi recommissam volo continue retinere.

Secundo dico quod vos cives spoletani voluistis Pyrum Abbatem Cassinensem; mihi nunquam placuit, quia non erant mihi ignotæ conditiones dicti Abbatis, compatiōr vobis et adeo dicti Abbatis taliter curabo quod placebit vobis; mictam Prolegatum qui est apud Pitriolum ad balnea (<sup>12</sup>) et dabimus oportunū modum dictum Abbatem extrahendi.

Tertio dico quod mictam dicto Abbatī duo brevia, primum dulcem, et si illud dulce sufficit bene quidem, aliud fortem et amarum et sub excommunicationis poena, quod relaxet cives vestros; et omnia alia faciam quae mihi possibilia sunt, ut dicti cives vestros relaxentur.

Quarto dico quod imbussolatio vestrorum officialium fiat ut petitum est contentor cum consensu mei futuri Commissarii.

Quinto dico quod contentor mictere commissarium qui etiam sit potestas et suspendere omnem dicti Abbatis commissionem; veniet ergo vobiscum Bartho-lomaeus Baldanus familiaris meus pro commissario et potestate. [pag.189]

Sexto dico quod primo rehabeatur arcem et postea tractabimus cum Spoletinis, et supra hoc fiet saepe avisatus Legatus.

Sed quia iniunctum fuerat per comune nostrum nobis quod primo et ante omnia iremus ad Dominum Legatum qui erat tunc apud Pitriolum, et supradicta omnia Sua Reverendissimae Dominationi explicare deberemus, sic *fecimus* (<sup>13</sup>) concludendo: Si Sanctitati D. N. explicanda et supplicanda Reverendissimae D. V. placent, faciemus, et si Revmae D. V. nihil explicari per nos videtur faciemus, et si aliqua quae non continentur in capitulo V. R. D. videntur per nos explicari debere ut per nostrum comune iniunctum fuit, parati sumus, et parati sumus omnia facere quae V. R. D. vult et mandat usque ad non recusandam mortem. Tunc Sua R. D. respondit: Ite ad D. N. et haec omnia capitula audacter explicate, et nolite timere. Et si Sua Sanctitas conmictet mihi, ego faciam vindictam vestram. Ite in nomine domini, et sic factum est.

Et quia etiam iniunctum fuerat nobis per dictum comune quod spetialiter explicaremus supradicta omnia capitula cum quolibet cardinali et postea in universalı collegio, sic facimus, et sic etiam placuit

supradicto Domino Legato, qui omnes cardinales particulariter et universaliter dixere petitiones nostras justissimas esse, obtuleruntque se ipsos juxta possibilitatem operatuos. Conclusive ego steteram forte per mensem, Dñus noster et Sacrum Collegium omnium duodecim cardinalium responderunt mihi sic: Veniet ad nos Dñus Legatus pro quo misimus et tunc deliberabimus factum nostrum.

Post paucos dies dictus Dñus Legatus venit Florentiam; tunc D. N. misit pro me, et Dñus Noster, et Dñus Legatus et ego soli in camera D. N. fuimus, sic conclusive ambo responderunt: Vadatis Spoletum et dicatis illi populo vel paucis quod Dñus Legatus veniet cum tota armorum potentia contra illum de Fulgineo, et vos Spoletani una cum eo eritis ad destruendum ipsum, et postea sine aliquo labore extrahemus iniquissimum abbatem de arce nostra spoletana.

Tunc, facta conclusione, ego Thomas cum bona licentia D. N. et Dñi Legati benedictione, equitavi, et in tribus diebus applicui Spoletum, duxi mecum Dominum Commissarium, idest Bartholomaeum Baldana familiarem D. N. PP. et commissarium et potestatem spoletanae civitatis comitatus bullae Abbatis praedicti. Tertia die antequam intraremus Spoletum hora completorii in [pag. 190] travimus Florentiolam terrarum Arnolphorum, ubi familia et uxor mea erat et fuerat; et ibi bonam fecimus collationem; qua facta, ivimus ad civitatem Spoleti. Cives qui erant in dicta civitate exiverunt nobis obviam, et honorifice suscepserunt nos, pausavitque dictus Commissarius in domibus ecclesiae S. Salvatoris, ordinis praedicatorum de Spoleto, et tunc incepimus dare formam spoletanae depredatae civitatis, et vicepotestatem eligit dictus Commissarius qui justitiam ministrabat in dicta civitate, videlicet dominum Franconum de Amelia, virum peritissimum; et venit mecum cancellarius quem eligit dñus legatus, videlicet dñum Antonium de Corneto virum guelphissimum, et incoepit eorum officium die quinta junii supradicti millesimi, et tunc cives qui erant extra civitatem quamvis in parvo numero, cum familia et facultatibus revertebantur etc.

Die autem... mensis augusti supradictus Dominus Legatus venit cum ecclesiae armorum potentia contra civitatem Mevaniae tenimenti Corradi de Fulgineo, et tunc Spoletanus Populus immediate exivit civitatem, ivitque ad pedes dñi Legati, et castramentatus est prope portam dictae civitatis; quam civitatem Mevaniae obtinuit dictus dñus legatus in tertiam diem et arcem dictae civitatis, et Ecclesiae restituit. Quo facto, dictus D. Legatus cum tota armorum comitiva et populo spoletano ivit et castra posuit apud castrum Sancti Raccli (<sup>14</sup>) prope Fulgineum, et ea die obtinuit dictum castrum.

Eodem autem die dictus dñus Legatus castra posuit apud civitatem Fulgenei, et ejus persona pausavit in ecclesia Sanctae Marine in campo, et omnes equites pausavere circa dictam ecclesiam S. Mariae. Spoletani, cives tantum, quia comitatum retinebat comes Franciscus Sfortia et nullus ex comitatensibus erat, erant prope portam S. Mariae dictae civitatis, qui Spoletini pauperes depredatione erant et inermes, ibant ad bellum cum virili animo quo soliti sunt, et nunquam armorum facta fiebant nisi quando nostri spoletini cives ibant; et multa fecimus nos Spoletini, et multos necavimus ex illis vilissimis fulginatis; et multos vulneravere ex spoletinis nostris bombardellis, balistis, lapidibus ipsi fulginate. Interfecerunt etiam ipsi fulginate ex nostris duo juvenes eadem hora, videlicet filium Christofori Ambrae et quemdam alium civem strenuum juvenem. Interim dictus D. Legatus jussit venire ad castramenta Simonetum cum quadringentis equitibus, Pau [pag. 191] lum de Molara cum trecentis equitibus, qui castramentati sunt ad portam versus terram Spell; ac etiam disicci fecit dictus D. Legatus flumen Tupini qui fluebat per ipsam civitatem Fulgenei. Quibus peractis, dictus dominus Legatus personaliter accessit et castra posuit apud civitatem Nucerii quam subiugavit Ecclesiae in triduum, et arce dictae civitatis in qua erant duo nati Corradi dñi de Fulgineo, videlicet una pulchra puella sesdecim annorum, cum decem puellis pulchris, et unus juvenis adolescens et miles, quem et quas duxit secum captivas et captivum per nostrum castramentum Spoletinorum etc. juxta qu.... illos introduci (<sup>15</sup>) in dictam civitatem Fulgenei ad ipsorum et suorum parentum confusionem et dolorem. Et sic stetimus castramentati nos Spoletani cum dicto domino Legato contra dictam civitatem per totum mensem augusti praedictum usque ad viij mensis septembbris immediate sequentis. Die vero nona dicti mensis dictus D. Legatus obtinuit dictam civitatem Fulgenei hoc modo, videlicet Dñus Franciscus de Brancutiis miles de dicta civitate, Dñus Joannes miles dictae civitatis, dñus Nicolaus legum doctor dictae civitatis, et magister Joannes medicinae doctor, una cum Abbas Saxivivi, qui abbas erat de domo Trincia, convenerunt in unum et deliberaverunt civitatem

Fulginei dare dicto dño Legato. Facta dicta deliberatione significaverunt caute dicto Legato et statuerunt diem; petieruntque dicti Fulginates a dicto domino certam peditum quantitatem, et hoc totum, inscio et inviso dicto dño Corrado, 1439 die nona mensis septembbris dictus Dominus Legatus obtinuit dictam civitatem Fulginei et eamdem Ecclesiae restituit. Dñus Corradus cum illo nato qui remanserat ad..... captus fuit in quodam molendino ab oleo, filiae et nurus inventae fuerant per pedites illos, qui intraverant civitatem Fulginei in quadam camera (?) in domo ipsius Corradi, et sine humanitate aliqua illas mulieres et puellas spoliaverunt omni, ac etiam universam domum ipsius Corradi spoliaverunt, et sic duxerunt dictum Corradum cum tota ejus familia apud castra usque ad ecclesiam S. Mariae in campo, et ibi steterunt capti usque ad decimam octavam mensis septembbris, dicta die misit dñum Corradum cum duobus natis suis, militibus factis ab Imperatore, captivos et ligatos in equis prope muros civitatis Spoleti; et quaedam vilissimae mulieres percusserunt illos turpiter, et pueri spole [pag.192] tani contra illos lutum et res fetidas jactabant cum verbis satis injuriosis. Et illos dictus dominus Legatus carcerari fecit in arce Suriani. Interim Bartholomaeus Baldana Commissarius D. N. PP. apud Spoletum cremari fecit igne ser Milianum ser Transarici civem spoletanum, eo quia tempore depredationis spoletinae civitatis dictus ser Milianus erat rebellis noster et exbanditus; illa autem nocte venerat cum hostibus depraedantibus ipsam civitatem, et manibus propriis igne exarsit portam Sancti Massei. Et apud illam portam fuit facta eius executio corporalis 1439, 16 mensis octobris.

1439, 28 octobris dictus dñus Legatus intravit civitatem nostram spoletanam et dominus Milledux de filiis domini Manentis miles, dñus Jacobus Uffredutii miles, unus ex prioribus, et ego Thomas portavimus palium super caput dicti domini Legati ex drappo aureo, et duximus suam dominationem in domibus episcopalibus intus in nostra civitate Spoleti.

1430, 29 octobris populus noster spoletanus reversus a civitate Fulginei cum felici victoria reportaverunt vexillum nostri communis quod derobbaverat Corradus tempore depredationis, catenas portarum nostra civitatis et omnia alia publica quibus spoliari fecit nos dictus Corradus, et multa alia quae superlucrati fuerunt in depraedatione castri Sanctae Cristinae comitatus Fulginei et multorum aliorum castrorum. Multa etiam castra dicti comitatus demolierunt et aliqua igne cremaverunt. Et tunc in eisdem castris fecimus primos nostrae civitatis.

1439, die vigesima nona dicti mensis rupuit et bellum incepit dictus dominus Legatus cum Abbatе Cassinensi maledicto, dicto millesimo, et die secunda mensis novembris dictus Dominus legatus habuit turrim pontis cum quatuor consociis dicti Abbatis etc. Interim Ecculentissimus Comes Franciscus Sfortia restituit D. N. pp. Trevium et comitatum nostrum, et tunc D. N. commisit gubernium terrae Trevii et nostri comitatus Domino Amorotto Condolmerio de domo ipsius D. N. et sic dictus Dominus Amorottus venit Spoletum.

Dicto millesimo die et mense novembris dictus Dñus Legatus discessit a Civitate Spoletana dimissa arcta obsidione contra Abbatem praedictum, et commissarium fecit contra dictam arcem dominum Amorottum praedictum.

Dicto millesimo die 19 dicti mensis novembris regimen dictae civitatis misit me Thomam in oratorem ad dictum dñum Legatum qui erat apud almam Urbem, ivique cum quibusdam secretis de quibus non facio mentionem, et obtinuimus Dei gratia. Bartholomaeus Baldana qui Commissarius erat apud Spo [pag.193] letum pro parte D. N. plenus erat omni fallacia et simonia, et omni humana corruptione, ut justitia locum non habebat in civitate nostra. Mediante corruptione dicti commissarii gebellini, inimici D. N. et status nostri, erant primi in civitate nostra cum dicto Bartholomaeo. Tandem ego Thomas ..... et ego dictum commissarium discedere feci, et sic comunitas habuit optemtum suum.

1440. Die decima ottava mensis januarii, permissione divina, recuperata fuit arx spoletana modo infrascripto, videlicet omnes vel quasi consocii qui erant in dicta arce cum deo Abbatе quadam die convenerunt in unum et fecerunt duo oratores ex principalibus et miserunt illos pro parte omnium ipsorum ad dictum Abbatem, sic dicens: Consocii omnes qui in arce ista sunt, tamquam fideles dicunt et rogan dominationem vestram quod arcem istam restituatis Dño Eugenio pp. qui tibi dedit ad custodiendam, et hoc faciatis cum tali cautela quod tua persona et familia et aes tuum salvetur, ac etiam honor omnium consociorum qui in arce ista tecum sunt, alias nos omnes consocii providebimus per

optimum modum. Abbas praedictus audita oratione: spectatis modicum et respondebo vobis. Tunc dictus Abbas jussit ad se venire suam concubinam et uxorem et sororem carnalem et illum proditorem Chichinum (<sup>16</sup>) militem spoletanum et Perfilium Marci Baglioni proditorem ac ser Nicolaum Martini vilissimum et iniquissimum proditorem de Spoleto; omnes qui cum dicto Abbatе in dicta aree contra Ecclesiam et propriam patriam obsexierant, quibus omnibus dictus Abbas petitionem quae per consocios dictae arcis sibi facta est, aperuit. Deliberaverunt unanimiter uti solita arte, hoc est illos consocios decipere et respondere illis infrascripto modo, videlicet etc; et sic factum est. Dictus Abbas jussit praedictos oratores ad se venire, quibus sic respondit: Ite et dicite omnibus consociis meis quod ego multum obligor illis quod cogitent pro salute mea et ipsorum, et quod ego nihil de me ipso et de familia mea et de arce ista disponam nisi quantum ipsi deliberabunt, istaque ego remicto prudentiis vestris; et sic retulerunt oratores consociis illis omnibus. Tunc consocii vocari fecerunt quemdam Angelum Ronconum contestabilem dñi Legati, et cooperunt tractare; interim non offendebantur per partes ex altera parte. [pag.194]

Abbas cum praedictis proditoribus quaerebant introducere in arcem praedictam novos consocios et illos fallere. Ut Deo placuit pervenit ad notitiam consociorum qui intus in arce erant; illi immediate concluserunt et fecerunt infrascripta capitula cum dicto Angelo Roncono, quod si dñs Legatus dabit dicto Abbati v. mll. florenos, de quibus florenis volunt ipsi consocii stipendia, et salvas facere personas et raubam omnium existentium in dicta arce, ipsi dabunt dño Legato turrim magistram, et in casu quo dictus dominus Legatus non solverit supradictam quantitatem infra quindecim dies, teneatur restituere sibi dictam turrim, et ita conclusum est cum licentia dicti dñi Legati, et invito dicto Abbatе. Omnes consocii armati ceperunt dictam turrim et introduxerunt octuaginta pedites dñi Legati die supradicta, et sic obtinuimus supradictam arcem, stantibus in dicta arce, praedicto Abbatе et ejus sorore, filiis et duabus filiabus pulcherrimis, proditoribus civibus nostris et consociis praedictis.

Dicto millesimo et die Spoletani miserunt me Thomam in oratorem ad Dominum Legatum qui erat apud Cornetum. quod supplicarem Suae Revmae Dominationi celeriter veniet ad civitatem Spoletanam et provideat pro salute ipsius civitatis demoliri facere ipsam arcem. Qui dominus legatus benigne me suscepit; audita petitione, mane sequenti direxit se versus Spoletum, et ego secum. Die quinta intravimus dictam civitatem. Abbas praedictus interim extraxerat ab arce praedicta xvij salmas boni aeris, miserat illas usque ad castrum ..... comitatus Fulginei. Dominus Legatus cepi fecit illas et detineri; et, ut dicto placuit, sic ille Abbas illis spoliatus fuit, et cum dñs Legatus esset in episcopatu Spoleti, consocii qui fuerant cum Abbatе praedicto iverunt ad pedes dicti dñi Legati, accusaverunt Abbatem, et probaverunt veritatem contra ipsum Abbatem, quod non cum consensu dicti Abbatis arcem restituerant, sed potius dictus Abbas, post facta capitula, probavit alias Ecclesiae inimicos introducere in dictam arcem. Qui dñs Legatus, visa veritate, fecit dictum Abbatem carcerari, et ejus sororem et filias turpiter a quibuscumque volentibus in dicta arce uti et cognoscere.

#### NOTE AI COMMENTARI DEL MARTANI

(1) Sono molti anni che, avendo io tolto a soggetto di una lettura accademica *Il Reggimento di Pirro Tomacelli Castellano e Rettore di Spoleto*, mi detti attorno per rinvenire a sussidio del mio lavoro, un Commentario scritto dall'illustre cittadino Tommaso Martani, che fu gran parte degli avvenimenti di quel tempo. Le mie ricerche, comechè accurate, furono vane, essendo riuscito infruttuoso anche il rimuginare che per più giorni feci io stesso nella biblioteca del Seminario di Foligno, ove allora era depositata la confusa congerie degli scritti del Jacobilli, il quale affermava averne posseduto un esemplare. Giuseppe Martani, discendente di Tommaso, che moltissimi tra i cittadini ora viventi possono aver visto e conosciuto, mi porse copia di un vecchio e lacero foglio a quando a quando corroso e non leggibile, trovato tra le carte di sua famiglia, che io ritenni dovere essere il principio del ricercato commentario. Ma quel frammento non entrava a toccare di Pirro che nelle estreme linee, talchè di altri materiali penosamente raccolti, particolarmente dai volumi delle Riformagioni, ebbi io a comporre il racconto, che lessi in una adunanza pubblica notturna nel palazzo del Comune dove, fra gli ascoltanti, sedeva anche Giuseppe Martani. Quella lettura fatta ivi a piè della Rocca dopo quattro secoli dagli avvenimenti, se si ponga mente a que' che narrava e a quel vecchio ascoltatore, parrà a chi scorra il commentario cosa non poco curiosa e singolare.

Qualche anno dopo, svolgendo io un volume miscellaneo a penna conservato nella biblioteca del Conte di Campello, mi si offerse inaspettato agli occhi il desiderato Commentario; ne fui, com'è da credere, lietissimo, e trascrivendolo notai a prima giunta

come il mss. incominciasse appunto dove aveva termine il foglio surricordato. Ond'è che ora nel pubblicarlo con la stampa, m'è sembrata cosa utile ed acconcia farlo precedere da quello che, o sia parte del medesimo, o frammento d'altro diario, con esso si conviene per modo che il mandarli uniti è come il rimettere insieme i due pezzi di una cosa fiaccata.

Di Tommaso Martani, che il Jacobilli chiama *Comes Galicedulis, ampliator an. 1436 Castri Collis Marchionis in agro Spoletino*, può vedere il lettore ciò che brevemente ne dice il Minervio, ma troppo maggior notizia ne avrà dallo stesso Commentario. Egli lo scrisse come la penna gitta, ed avvezzo com'era a sedere *ad bancum juris*, usa un latino che spesso ritrae dallo stile de' vecchi notai e cancellieri, e talora con siffatta trascuratezza che va sino al solecismo. Tuttavia è questo il monumento di maggior rilievo d'uno dei tratti più importanti della storia spoletina, ed è da lamentare che il difetto di altri esemplari con cui riscontrare quello che io n'ho, ne tolga di emendare alcuni luoghi corrotti per errori, o per omissioni di parole.

(2) La fontana esisteva da tempo più remoto (*Minerv. lib. II Cap. I*), nè si tratta qui che d'un rinnovamento. Una lapide in fronte alla medesima diceva che costò 600 fiorini (Campello lib. 36. An. 1431). Sospetto scritto per errore 1443, e credo più probabile doversi leggere 1433 o 1434.

- (3) È assai dubbio se si debba leggere *miseram* o *miserant*.
- (4) A ciò che segue potrebbe forse meglio convenire *non consensi*.
- (5) Qui finisce il foglio di cui sopra.
- (6) I vecchi libri adoperano la voce *Maleficia*.
- (7) *Bonorum, o mobilium* come si trova più innanzi.
- (8) Manca una parola: *ceperunt, habuerunt*, o simile.

(9) A capo alla scala del palazzo del podestà in Firenze ancora si vede, attaccata al primo pilastro della loggia, una pietra che porta scolpito il fiordaliso sopra cinque monti. Sotto si legge: *Arma Dñi Thome De Martanis Militis Imperialis de Spoleto 1438.*

(10) Mancano le parole che dovevano contenere una proposta forse di mediazione poi, per la rea natura di Pirro, riconosciuta inutile.

- (11) Nel manoscritto a stato lasciato un vuoto dopo questa parola.
- (12) Pitriolo luogo del territorio di Siena; v'erano in quel tempo bagni assai rinomati.
- (13) Questa o altra parola, forse omessa nel trascrivere, è necessaria a collegare ciò che precede a quel che segue.
- (14) *Sancti Eracli*; e dopo la parola *castrum* che segue v'è uno spazio non scritto in cui con alcune linee a penna si è voluto figurare il castello. Ciò si rinnova rispetto ad altri luoghi nelle carte seguenti.
- (15) Altri s'ingegnò d'intendere. Pare che il Campello (lib. 36) vi leggesse che i prigionieri furono *dati in guardia agli Spoletini come ostaggi per i 400 garzoni che tuttavia si ritenevano cattivi*.
- (16) Questo illustre ambizioso è generalmente detto *Cecchino* con vezzeggiativo toscano, qui il Martani lo chiama *Chicchino* secondo la pronunzia del paese.